



**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

iv. Omnes animæ ejusdem speciei sunt æqualis perfectionis
sunsta[n]tialis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

quam specieē plantæ pertinebit hic fætus animatus animâ vegetativâ tantum? ad specieē credo, innominatam aliquam plantæ, sed hoc est aliquid fingere. Neq; ex diversis operationibus ejusdē suppositi, statim colligenda est diversitas vel multiplicitas principiorum existentium in tali supposito, sed ex diversa operationum collectione convenientium uniformæ, quæ tota non convenit alteri formæ, harum formarum colligenda est diversitas.

IV. Verisimilius est, de facto omnes animas esse ejusdem speciei infimæ sive omnes animas. V. G. hominum inter se, animas leoninas inter se, quercinas inter se &c. esse ejusdem perfectionis substancialis. Inæqualis enim illa operationum. V. G. intellectuum, visionū &c. perfectio, non inæqualitati animarum in substantia, sed perfectiori organorum elaborationi & dispositioni, aptiori humorum temperamento, vivacioribus spiritibus est adscribenda: ut ex eo patet, quod multi post morbum propter indispositionem organorum, evadant stupidi, qui ante erant ingeniosi. Pariformiter de formis partialibus loquendum est, eas in perfectione substanciali æquales, differre solum secun-

secundum accidētia, figuram, mollitiem, calorem &c. secūm in eadem materia receptā. Sic anima Christi & B. Virginis in substanciali perfectione cæterorum hominum animalibus est æqualis, accidentaliter verò propter gratiarum & habituum infusorum copiam & præstantiam cæteris incomparabiliter nobilior, & propter optimam organorū dispositionem ad functiones multò nobiliores exercendas longè expeditior. Sic quoque; illud Salomonis intelligēdum: *Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam, & meliore &c.* Dispositiones igitur materiæ perfectiores, manentes tamen intra eandē speciem dispositionum (suppono enim in differentia numerica dari aliquam latitudinem, & calidum ut tria non statim distingui specie à calido ut octo, et si ab eo magis distinguatur, quam à calido alio ut tria, cognitionem, quâ Petrus cognoscit Paulum & Joannem, non distingui specie à cognitione, quâ cognoscit Andream, et si ab ea distinguatur magis, quam à cognitione, quâ idem Petrus eundem Paulum & Joannem cognoscit secundò) non exigunt formas specie diversas. Aliud autem est, quod Angelus unus alteri sit inæqualis in perfe-

perfectione substantiali , non enim omnes
Angeli sunt sub eadem specie infima Ubi
 illud quoquè observandum , aliud esse ,
 duo esse magis , vel specie diversa ; aliud esse
 inæqualis perfectionis ; potest enim unum
 habere perfectionem æquivalente alterius
 perfectioni , et si disparis rationis ; sic albedo
 & nigredo differunt specie , in perfectione ta-
 men forte sunt æquales , unio , quâ iam uniun-
 tur inter se partes Petri , magis differt ab unio-
 ne , quâ uniuntur inter se partes Pauli , quam
 ab ea , quâ eadem ejusdem Petri partes unien-
 dæ sunt in resurrectione , & tamen cum unio-
 ne Pauli est æqualis perfectionis : hinc quo-
 què aliud est , esse similem alteri , aliud esse
 æqualis perfectionis .

V. Anima rationalis est spiritualis (quod
 videtur esse de fide propter illud Christi : *in
 manus tuas commendō spiritum meum : & il-
 lud Eccl. ult. spiritus redeat ad Deum , qui de-
 dit illum : & illud Conc. Lateran. I. cap. fir-
 miter : condidit Deus humanam creaturam spi-
 ritu & corpore constantem) reliquæ omnes
 animæ materiales sunt & corporeæ . Opera-
 tiones enim maximè propriæ animæ rationa-
 lis , volitiones & intellectiones sunt merè
 spiri-*